



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

164 Res furtiuæ num purge[n]tur vitio si ad alium deuenerint  
possessorem bonæ fidei à possessore bonæ fidei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

Institut. de vsucap. quantumlibet per manus plurimorum bonę fidei possessorum deambulauerit, vt rectissimè videtur adnotasse Glossographus ad c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in priore casus positione; & Zazius in l. clam. in princ. num. 7.  $\pi$ . de adq. vel admitt. poss. tamen quò res abierit longiùs, eò redditur eius persecutio difficilior. Fortè dices, non ampliùs rem furtiuam dici postquam ab vno bonę fidei possessore transierit ad alium arg. d. vers. quod autem dictum est. in verb. *ab eis*. i. furibus. At frustra sic argues; quandoquidem vitium in re est, quod, priusquam res redierit ad suum dominum, purgari nequit. Quanquam Dominicus à Soto lib. 4. de iust. & iur. quęst. 5. art. 4. conclus. 2. vers. Si autem latronis. i. furis filius. cum vers. seq. non rectè putat, & heredem furis & eumentem à fure, modò bonę fidei sint, res furtiuas vsucapere vel præscribere; nixus imprudenter l. si aliena.  $\pi$ . de vsurp. & vsucap. vbi nihil minus agitur quàm de re furtiua. Cæterum quare consanguineus hic nominatur illicitus detentor, cum tamen per collationem fortè canonicam seu legitimam fuerit adeptus beneficium? sunt ex Interpretibus nostris qui respondeant, eum fuisse consciũ permutationis huius inter Gerardum & Laurentium consanguineum suum vel simoniacę vel saltem illicitę: veruntamen etiamsi conscius non fuisset, Pontifex nihilominus ex æquitate Gerardo suum beneficium vult, vt existimo, restitui propterea quòd exitũ permutatio non

g habue-

164  
Res furtiua  
num purgen-  
tur vitio si ad  
alium deue-  
nerint posses-  
sorem bonę  
fidei à posses-  
sore bonę fi-  
dei.

163  
Illicitus de-  
tentor cur ille  
qui legitimã  
habet colla-  
tionem.